



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes  
Ivniae Entheae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1436**

LXVIII. Ad Hieronymum Fabrum Medicum.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6**

INSOMNIAE.

LXV.

Ad Philippum Gualtherum  
Drechslium, Gualtheri F.

*Siquis non metuit, quæ sunt metuenda, PHILIP-  
Hic metuet, quæ non sunt metuenda sibi. (PE,*

LXVI.

Ad Adamum Closium.

*Munus, quod facere est sibi necesse,  
Vtò qui facit, hic facit decorè  
CLOSI: libera gaudet esse virtus,  
Amans ingenui pudoris. at sic  
Verbis, verberibusue malle cogi,  
Quàm pudore, metuque liberali:  
Servile est nimis, haudque liberale.*

LXVII.

Ad VVolfgangum Chri-  
stophorum à Rotenhan, EQ. Fr.

*Qui spuit in cælum, nonne hic spuit improbus in se?  
Qui sibi præfectos non colit, istud agit.*

LXVIII.

Ad Hieronymum Fabrum  
Medicum.

*Sors bona si fuerit, cur plaudam? sin mala, frustra  
Quid querar? vtrumuis dissimulare decet.*

*Sic*

*Sic aut inuidia, FABER, opprobrijsue carbo  
Inuidiam bona fors, fors mala probra crea*

LXIX.

**Ad Paulum Constantinum**  
Phrygionem Medic. VVirtebergicum

*Quid morbos querimur miseri, vitæque labores*

*Et quod vel fors nos, pauperieshe premat?*

*Ecquis homo fit pauperior, quam nascitur?*

*Quum miser in cunis, & sine voce iacet.*

*Nascimur vt nudi, morimur sic denique nudi.*

*Et fatum mortis vincere nemo potest.*

*Si sapimus, quæramus opes modò, PAVL*

(bea

*Sed cælum, non quas terra ministrat opes.*

*In Domino quisquis diues semel esse laborat:*

*Æternas semper diues habebit opes.*

LXX.

**Ad Thobiam Theodorum**

*Simplicitas laus est, at fraus, simulatio. iam*

*Elige, quod dignum te magis esse putes.*

LXXI.

**Ad Ieremiam Reufnerū**

*Quod dant fata tibi, cape lætus; sperne vicij*

*Quod tibi fata negant.*